

tem præsupposito et Benedicti XIV tempore invaluisse, et etiamnum perseverare assertam ab ipso Sacrarum Congregationum *praxim* (cum hæc privatorum scriptorum opinionibus prævalere debeat), sequitur odie ad novi conventus erectionem necessarium esse beneplacitum apostolicum, etiam extra Italiam et adjacentes insulas: proinde nullam fore ac irritam foundationem ex solius Ordinarii licentia peractam.»

3783. Bouvier (tom. 5, *De statu religioso*, sect. 10, punct. 1) dice así:

«Ad legitime fundandum monasterium regulare, sive virorum, sive mulierum, requiruntur: 1.º, beneplacitum apostolicum, ex 6, lib. 3, tit. 17, cap. unic.; et lib. 5, tit. 6, cap. unic.; 2.º, licentia Episcopi in cujus diocesi novum erigendum est monasterium, ex Concil. Trident., sess. 25, cap. 3, *De regular.* Quidam inde voluerunt concludere, beneplacitum apostolicum post citatum Concilii Tridentini decretum amplius necessarium non esse, sed Benedictus XIV (*De Synodo Diocesana*, lib. 9, cap. 1, num. 9) ostendit Sanctam Synodum Tridentinam nihil auctoritati S. Sedis detraxisse, ac consequenter communem esse opinionem non licere regularibus, tam intra quam extra Italiam, nova monasteria, aut conventus, sive collegia fundare, sola Episcopi localis auctoritate; sed Apostolicæ Sedis licentiam præterea necessariam esse.»

A continuación, en el mismo punto 1, dice Bouvier:

«Nunc autem in Galia beneplacitum apostolicum non requiritur ad novorum monasterium erectionem aut translationem, ut moniales lucrari possint omnes indulgentias suis institutionibus respectivis concessas. Sola Episcoporum auctoritas ad nova hæc monasteria regulariter constituenda sufficit. Sic tradit responsio Sacræ Pœnitentiariæ, diei 2 Augusti 1838 ad nos directa, et nova res-

ponsio ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ diei 3 Februarii 1841 magis explicita, et data in forma authentica; *idque ex indulto SS. Pii VII a Sanctissimo Domino Papa Gregorio XVI iterum confirmato.*»

Me ha parecido conveniente citar estas palabras de Bouvier, en que da noticia del privilegio concedido por Pío VII y después por Gregorio XVI á Francia, de que en ese reino se puedan erigir conventos nuevos con la sola licencia del Ordinario; porque este mismo privilegio sería muy conveniente que se obtuviese en España en las presentes circunstancias.

La razón es, porque habiendo sido el motivo de la concesión hecha á Francia la dispersión de los religiosos causada en aquel reino á fines del siglo pasado, parece que en España hay una razón semejante por la extinción de casi todos los regulares, hecha hace más de cuarenta años. Por lo tanto, para que pudieran restablecerse los conventos con mayor facilidad, aprovechando la oportunidad que se ofreciese, sin las dilaciones que trae consigo el tener que acudir á Roma, creo que no sería difícil obtener del Romano Pontífice el mismo privilegio para España que el que concedieron á Francia Pío VII y Gregorio XVI.

\* León XIII declaró, en 8 de Mayo de 1881, por la constitución *Romanos Pontifices*, que los regulares no podían fundar nuevos monasterios, conventos ó colegios sin la venia del Obispo y el beneplácito de la Santa Sede (*Acta S. Sedis*, tom. 13, p. 492); y la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares subsanó la erección de los conventos que fueron erigidos sin el beneplácito apostólico en 21 de Diciembre de 1889, á consecuencia de una exposición elevada á aquel Sagrado Tribunal por el Ministro General de la Orden de Menores, por haber sido fundados algunos conventos de

su Orden sin el beneplácito apostólico. (V. Ninzatti, tom. 1, p. 546.) En vista de estas disposiciones recientes, no parece fácil conseguir lo que el autor indica en este número.\*

## CAPÍTULO XI

### DE LA PROHIBICIÓN QUE TIENEN LOS RELIGIOSOS DE HACER DONACIONES

3784. Me parece conveniente tratar de la célebre constitución apostólica de Clemente VIII, conocida comunmente con el título *De largitione munerum utriusque sexus regularibus interdicta*, que comienza *Religiosæ congregationes*, su fecha 19 de Junio de 1694. Algunos autores no hacen más que un extracto breve de esta constitución; pero á mí me ha parecido conveniente trasladarla íntegra, porque habiéndose dado para toda la Iglesia católica (pues es de aquellas disposiciones pontificias que se dicen *urbis et orbis*), y además habiendo sido modificada en parte por una constitución de Urbano VIII, que á continuación de ésta se pondrá, conviene tener á la vista las dos constituciones para conocer lo que está subsistente y lo que ha sido moderado. La constitución apostólica de Clemente VIII, *De largitione munerum*, dice así: «Congregationes, ab insignibus sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu institutæ, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, ut ad eas conservandas et instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhiberint. Nam cum ea sit rerum humanarum conditio et natura, ut, etiam quæ optime fundata et constituta sunt, partim hominum imbecillitate et ad malum proclivitate, partim dæmonis astutia, paulatim deficient, ac, nisi cura pervigili sustententur, in deterius prolabantur,

idcirco Summorum Pontificum vigilantia magnopere laboravit, ut regularium Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinum restitueretur, aut salutaribus constitutionibus communita, integra atque incolumis permaneret. Quorum Nos vestigiis pro eodem officii munere insistere, et pastorem illorum sollicitudinem, quantum possumus, divina adjutrice gratia, cupimus imitari. Quare, ne ex muneribus, quæ a pluribus religiosæ vitæ professoribus ex Christi patrimonio quibusvis hominibus quavis ex causa sæpe tribuuntur, gravia incommoda et mala, etiam boni specie, existant, præcavere studentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione, universis et singulis cujuscumque Ordinis, mendicantium vel non mendicantium, bona immobilia et redditus certos ex indulto Apostolico possidentium vel non possidentium, seu cujusvis congregationis, societatis et instituti (non tamen militiæ) regularibus personis utriuslibet sexus omnem et quamcumque largitionem et missionem munerum penitus interdicimus.

»Sub qua prohibitione comprehendimus volumus omnia et singula capitula, conventus, et congregationes, tam singulorum conventuum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, præceptoriarum, domorum, et locorum, quam provincialia aut generalia cujuslibet provinciæ, sive universi Ordinis, societatis, aut instituti, eorumque vel earum camerarios, commissarios, et quoscumque oficiales, et singulares personas: ipsos etiam Ordinum, congregationum, et societatum hujusmodi superiores, quascumque dignitates obtinentes, etiam generales et provinciales, magistrorum, ministros et quocumque nomine præfectos; nec non conventuum, monasteriorum, prioratum, præpositurarum, præceptoriarum, domorum, et locorum quorumcumque abbates, priores, præpositos, præceptores,



etiam majores, guardianos, ministros, rectores, atque abbatissas, priorissas, et alio quovis titulo præsidentes, tam ipsis regularibus, quam locorum ordinariis, seu quibusvis superioribus subjectas, utriuslibet sexus ad vitam vel ad tempus deputatos; adeo ut nemo umquam eorum vel earum, directe vel indirecte, palam vel occulte, tan communi quam particulari et proprio nomine, etiam sub quovis statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacumque causa, nisi in generali Capitulo aut alia generali congregatione re mature discussa, *unanimi* consensu omnium, superiorumque permissu, causa approbata fuerit, quidquam tale attentare valeat. Id autem ita absolute et generatim veritum intelligatur, ut neque omnino fas sit quidquam donare, tam ex fructibus, redditibus, et proventibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, sive eleemosynis, aut subsidiis, certis vel incertis, ordinariis seu extraordinariis, mensæ, seu massæ communis, vel cujusvis fabricæ, et sacristiæ, quorum bona communiter, ut præfertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quam ex pecuniis, etiam quæ a singulis quovis modo acquisitæ, in commune conferendæ omnino sunt; nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congerantur, nec si forsitan privatim et nominatim cuilibet religioso a suis superioribus, vel a propriis affinibus, propinquis, familiaribus, amicis, aut benevolis, vel a piis christifidelibus, etiam eleemosynæ, aut charitatis, et illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquo modo per quemlibet religiosum suo monasterio, domui, aut loco acquisitæ, eique ut ad libitum de eis disponat per superiores concessæ fuerint, præterquam leviora esculenta aut poculenta, seu ad devotionem vel religionem pertinentia munuscula, communi tantum, nun-

quam vero particulari nomine, ubi superiori *de consensu conventus* videbitur tradenda. Sed et hujusmodi missiones munerum ipsis religiosis utriuslibet sexus non solum per se, verum etiam per alios, tam directe quam indirecte, prohibitas declaramus.

» Neque vero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat, etiamsi munera miserit cuivis personæ laicæ, vel ecclesiasticæ, cujuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, et quavis non solum mundana, et ducali, regia, imperiali, verum etiam ecclesiastica, et pontificali, aut alia majori, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex causa et occasione benedictionis, vel susceptionis habitus regularis, tonsuræ, aut professionis monialium, tam sibi subditarum quam non subditarum, aut ipsi etiam proprio Ordinis vel congregationis protectori, viceprotectori, generali, vel provinciali, aut cujusvis monasterii, prioratus, domus, aut cujuslibet alterius loci regularis superiori, aut alio quocumque officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicumque, etiam simplici et particulari religioso. Ita ut inter ipsos quoque religiosos, *ne prava ambitione impuls* pro consequendis in sua religione gradibus et dignitatibus, alter alterius gratiam aut benevolentiam aucupetur, quæcumque largitio aut donatio munerum, nisi rerum minutarum, de licentia expressa et *in scriptis* superiorum, sit penitus interdicta. Insuper prohibemus ne umquam eisdem regularibus liceat ullas pecunias quoquo modo erogare in alicujus etiam benefactoris, aut protectoris, vel ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut *ad beneficiorum acceptorum memoriam gratique animi testificationem*, seu pro prædictis personis, quavis auctoritate vel dignitate fulgentibus, honorifice,

*lauta, et opipare* excipiendis, seu pro quibusvis conviviis eisdem aut cuivis alteri quacumque occasione vel causa exhibendis, vel pro comensationibus aut computationibus quibusvis personis tam ejusdem Ordinis, congregationis, monasterii, domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis, etiam piis, intra ecclesias, monasteria, et domos sacras seu pias, vel extra eas, in quibusvis publicis aut privatis, sacris aut profanis locis, etiam sanctorum vel sanctarum vita, aut res pie gestæ, etiam in memoriam passionis Dominicæ populis spectandæ proponuntur, aut alias in prædictis, sive in quibusvis rebus supervacaneis ad pompam et ostentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, et privata commoda, quomodolibet pertinentibus; nisi re ipsa pro divino cultu, et veris Christi pauperum indigentis, servato in hoc charitatis ordine, et habita necessitatis ratione, de consilio et consensu superiorum sublevandis, aut alias in rebus licitis, et per Capitulum generale aut provinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsitan præscriptam non excedentibus, sumptus hujusmodi fiant.

» Declarantes tamen per hæc laudabilem et apostolica doctrina sacrisque canonibus commendatam hospitalitatem, præsertim erga pauperes et peregrinos, nequaquam imminui aut prohiberi. Quinimmo, si qui redditus ad id, vel ex fundatione, vel ex institutis, statutis, aut consuetudinibus aliquorum monasteriorum, ordinum, aut regularium hujusmodi locorum, aut ex testatorum vel donantium voluntatibus, sive alias, applicati aut donati sunt, eos omnino, ut decet, integre in usus pios hospitalitatis hujusmodi erogandos esse, et præsertim in monasteriis seu locis desertis, et a laicorum ædibus longius remotis, ubi tamen pauperum et vere egenorum ratio in primis habeatur. Si quos vero ditiores occasione tran-

situs, sive alias ex devotionis aut necessitatis causa eo divertere contigerit, eos sane deceret *refertorio communi cum religiosis, mensaque et ferculis communibus*, nequaquam a cæteris distinctis, contentos esse. Verum omnino ipsi regulares in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, ut in eis frugalitas et paupertas religiosa prorsus eluceat. Pari etiam ratione districte inhibemus, ne quispiam ex prædictis laicus alias quam ut superius dictum est, vel clericus sæcularis vel regularis quocumque honore, præ eminentia, nobilitate, aut excellentia, etiam protector, viceprotector, loci Ordinarius, prælatus, generalis, provincialis, aut monasterii, domus, vel loci cujuslibet superior, eorumve affines, propinqui, familiares, aut ministri utriuslibet sexus, quidquam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant. Quod si vel ab aliquo particulari religioso, vel a superiore quopiam generali, provinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut a conventu, capitulo, vel congregatione, sive ab universo ordine et religione quidquam receperint, id quod acceperint suum non faciant; verum ipso facto, absque aliqua monitione, judicis decreto, sententia, aut declaratione ad illius restitutionem omnino in utroque foro teneantur; adeo ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint.

» Hanc autem restitutionem fieri volumus non privatim ei religioso qui donavit, sed ei monasterio, domui, vel alteri loco de cujus bonis facta est largitio; vel, si non de ejus bonis donatum est, in quod idem religiosus donans professionem emisit; vel, si nomine totius capituli, conventus, aut congregationis, vel universi ordinis, seu religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ aut massæ, cujus nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur; ita ut



nec qui donavit, nec conventus, capitulum, congregatio, ordo, aut religio cui restitutio facienda est, *illam remittere et iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in pauperes eroget, concedere quoquo modo possit.* Quod si quis ex supradictis regularibus utriusque sexus, cujuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac ubilibet locorum existentibus conjunctim cum cæteris, seu divisim, nostrarum hujusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, jussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus «ut omnibus et singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, et officiis eo ipso privatus, ac ad illa et alia similia vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuo et incapax, ac perpetua infamia et ignominia notatus existat. » Et præterea privationem vocis activæ et passivæ, absque ullo superioris decreto aut ministerio, ipso facto incurrat; nec non ultra hujusmodi pœnas, etiam tamquam contra furti et simoniæ criminum reum, tam per viam denuntiationis, accusationis, et querelæ, quam etiam ex officio procedi, et inquiri, condignisque suppliciiis affici debeat.

» Pœnis aliis a jure statutis, ac per alias constitutiones Apostolicas, aut propria cujusvis Ordinis, congregationis, monasterii, domus, aut loci statuta, vel consuetudines, contra personas aliquid præmissorum committentes forsitan decretis et inflictis, nihilominus in suo robore permanentis.

» Quocirca universis et singulis modernis et pro tempore existentibus locorum Ordinariis, eorumque vicariis et officialibus, necnon quorumcumque Ordinum, prioratum, monasteriorum, et domorum superioribus, etiam generalibus seu provincialibus, cæterisque ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi et eorum singuli, quantum ad

eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, et vigilantia præsentem constitutionem firmiter et inviolate observari, et contra inobedientes vel transgressores condignis pœnis animadverti. Eosdem inobedientes, necnon contradictores quoslibet, et rebelles, per opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.»

**3785.** Tan sólo advertiré que si bien la declaración de Urbano VIII, que á continuación transcribiré, moderó en algunas cosas la anterior de Clemente VIII (pongo en letra cursiva las principales variaciones que hizo en favor benigno), pero en todo lo que no la mitiga, las penas impuestas por Clemente VIII quedan en su vigor.

En dicha constitución, su fecha 16 de Octubre de 1640, Urbano VIII en parte confirma la anterior constitución de Clemente VIII, *De largitione munerum regularibus utriusque sexus interdicta*, y en parte la modera. Dice así:

«Nuper a congregatione nonnullorum Romanæ Curie prælatorum, coram dilecto filio nostro Antonio, tituli Sancti Petri ad Vincula, Presbytero Cardinali Sancti Honuphrii nuncupato, Majori Pœnitentiario, ac nostro in alma Urbe Provicario in spiritualibus generali, et nostro secundum carnem fratre germano, a Nobis deputata, emanavit declaratio tenoris subsequentis, videlicet: Cum circa interpretationem constitutionis felicis recordationis Clementis VIII, sub dat. XIII kal. Julii, Pontificatus sui anno tertio, de largitione munerum regularibus utriusque sexus interdicta, nonnullæ difficultates et ambiguitates sint exortæ, congregatio specialiter a Sanctissimo Domino nostro Urbano, divina Providentia Papa VIII, coram Eminentissimo Cardinali Sancti Honuphrii, Majori Pœnitentiario;

ac Urbis Provicario, deputata, auctoritate sibi attributa declaravit, et declarat, munera a religiosis utriusque sexus tribui posse *ex causis gratitudinis, conciliationis, benevolentie, ejusque conservationis erga ipsam religionem, vel conventum, aliisve causis ex sui natura actum virtutis et meriti continentibus*; modeste tamen ac discrete, et dummodo id non fiat nisi de superiorum *localium* licentia, ac etiam cum consensu *majoris partis conventus, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus, seu consuetudinibus cujusque religionis respective, in hujusmodi casibus requiratur.*

» Consensum vero conventus in § 3 ejusdem constitutionis ad leviora esculenta aut poculenta, seu ad devotionem et religiositatem pertinentia munuscula largienda, etc., requisitum, intelligi *debere de consensu alias de jure requisito*, et ubi concurrat ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam superiorum *in scriptis* in § 4 ejusdem bullæ requisitam, sed sufficere licentiam *etiam oretenus* eisdem concessam, declarat. Comessionem autem, compotationes, et convivia in excipiendis præsertim benefactoribus, protectoribus, vel ordinariis honorifice et laute, de quibus in § 5 et 6 ejusdem constitutionis, *censeri tantummodo prohibita*, si decentiæ status regularis adversentur. Restitutionem vero receptorum conventibus faciendam, de qua in § 7, ibidem, cautum est, intelligi *debere de conventibus ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent*, si id commode fieri potest; alias conventui ejusdem religionis viciniore loco ubi petita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes qui hucusque adversus supradictæ constitutionis capitula hic moderata largiti fuerunt vel receperunt, a pœnis quibuscumque in eadem constitutione inflictis, et incursis, posse, et *debere a propriis confessariis absolvi in foro conscientie, etiam non*

*facta prius hujusmodi rerum donatarum seu datarum restitutione.*

» Quoad eos vero qui præter modum prædictum graviore religionis detrimento largiendo vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit Majori Pœnitentiario, ut de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientie absolvat, dispenset, et condonet, seu absolvi, dispensari et condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit. Et ne prædictæ Clementis VIII constitutionis memoria dilabatur, superiores locales cujuscumque monasterii, conventus, domus, ac collegii regularis, sub pœna privationis officii vocisque activæ et passivæ ipso jure incurrenda, efficere teneantur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario non solum prædicta constitutio, quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omnino observari jubet, et, quatenus opus sit, innovat, quemcumque prætensum non usum, aut prætensum usum, seu prætensam consuetudinem, damnando et irritando, verum etiam hoc decretum in aliqua publica congregatione, vel saltem in publica mensa perlegatur. Omnibus tam ecclesiasticis personis, etiam regularibus, quam laicis cujuscumque sint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, et qui sub generali dispositione non comprehenderentur, prædictam Clementis constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediri breve datum Romæ die XV Septem. MDCXL.

» Quapropter, ut præmissa firmius subsistant, et inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, declarationem præinsertam cum omnibus et singu-